



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche
Haus-Angelegenheiten

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

12. Kaiser Ludwig gebietet dem Herzoge Erich von Lauenburg, mit
zwanzig Reisingen in der Mark Brandenburg bei ihm sich einzufinden, am 4.
September 1331.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55801](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55801)

11. König Ludwig empfiehlt seinen Sohn, den Markgrafen Ludwig von Brandenburg, dem Herzoge Erich von Sachsen, am 2. März 1324.

Illustri Erico, duci Saxonie, principi nostro dilecto.

Ludowicus, dei gratia Romanorum rex, semper augustus, illustri Erico, duci Saxonie, principi suo dilecto, gratiam suam et omne bonum. Excusationem tuam, per religiosum virum . . . exhibitorem presentium, tuum nuntium, nobis factam, recepimus, tuam absentiam pro nunc tollerabiliter sustinentes. Hortamur itaque sinceritatem tuam attente, quatenus illustrem Ludovicum, marchionem Brandenburgensem, filium nostrum carissimum, tibi commendatum habeas, sibi, iuxta quod nobilibus viris Burchardo, comiti de Mannefuehl, et Friderico, burgrauio de Nvremberg, fidelibus nostris dilectis, nostro nomine promissisti, in marchia obsequendo. Tuis etiam petitionibus, quam primum te ad nos venire continget, fauorabiliter annuemus. Data in Colonia, VI. nonas Marcij, regni nostri anno decimo.

Nach Dr. Eubendorfs Registrum II, 183, Nr. 94.

12. Kaiser Ludwig gebietet dem Herzoge Erich von Lauenburg, mit zwanzig Reifigen in der Mark Brandenburg bei ihm sich einzufinden, am 4. September 1331.

Illustri . . . duci Louenburgenfi, fideli nostro dilecto.

Ludowicus, dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, illustri . . . duci Louenburgenfi, fideli suo dilecto, gratiam suam et omne bonum. Nouerit tua sinceritas, quod per omnia facta nostra sic disposuimus et altissimo concedente in hoc finaliter residemus, quod in marchiam Brandenburgensem ante festum beati Martini proxime affuturum spatio octo dierum omnibus aliis nostris negotiis pretermisiss certitudinaliter veniemus, et ideo sinceritatem tuam presentibus diligenti ex affectu requirimus et hortamur, quatenus in prefato termino sic promptus et dispositus esse velis et cures, vt cum viginti helmis siue galeatis nobis et imperio tunc obsequi expedite valeas atque possis. Data in Nürnberg, quarta die mensis Septembris, regni nostri anno decimo septimo, imperii nostri quarto.

Nach Dr. Eubendorfs Registrum II, 186, Nr. 96.